UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXXII. Qualiter procedatur contra Clericum concubinarium, & quis de eo crimine cognoscat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

ſito Concilii, quæ dat Epiſcopo ſaltem uti Sedis Apoſtolicæ delegato juriſdictionem
etiam in exemptos; ſed & iſta exemptio non probatur, imò ſuadetur contrarium, ex
quo in pluribus caſibus non comprehenſis in concordia, fuit deciſum pro Archiepiſ-
copo. Si verò non omnes de Capitulo deliquerunt, ſed aliqui ſuperſunt, qui non par- 4
ticiparunt in deliquendo, tunc ceſſant rationes gloſſæ *in d.cap. irrefragabili*, & illi de-
bent juxta tenorem concordiæ aſſumi una cum Epiſcopo ad cognoſcendum de tali
delicto; nam neque deliquerunt, neque efficiuntur Judices in cauſa propria, *Innoc.*
in d.cap. irrefragabili n.1. Cardin. n. 4. per text. in cap. gratum de poſtulat. & ibi gloſſa 5
& Abb. nu.5. & cæteri & in cap. bona de elect. nam jus Univerſitatis remanet etiam in
un. *L. ſicut municipii ff. quod cujuſque univerſ. nom. cap. ſi fortè diſtinct. 63.*
Exceptus fuit caſus à priori concluſione, niſi totum Capitulum committeret 6
contra Archiepiſcopum, tunc enim ex ejuſdem textus diſpoſitione cognitio devol-
vitur ad Superiorem, ſaltem propter ſcandalum, ut inquit ibi Hoſtien. ne videatur
Epiſcopus eſſe Judex in propria cauſa. Et ita concluſum.

DECISIO LXXXII.

Qualiter procedatur contra Clericum concubinarium, & quis de eo crimine cognoſcat.

R. P. D. COCCINO.

Meten. juris corrigendi.

Lunæ 19. Aprilis 1657.

Eſt in recent. deciſio 55. par. 5.

SUMMARIUM.

1 *Concubinatus in Clerico ſatis probatur, ſi probetur illum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo amici.*

2 *Concubinatus inſpecto jure Civili ad hoc ut probetur, requiritur, ut mulier domi retineatur.*

3 *In cauſa Clerici concubinarii procedendum eſt præviâ monitione.*

4 *Delicta carnis in foro exteriori, impoſitâ ſalutari pœnitentiâ, præſcribuntur quinquennio.*

5 *Epiſcopus, & non Capitulum debet procedere in cauſa Clerici concubinarii.*

6 *Cauſa dicitur criminalis, quando pro tali habita fuit à Signatura.*

7 Sententia notoriè injuſta etiam poſt lapſum fatalium poteſt revocari.

8 Iudex, ſi notoriè injuſtè procedit, debet ſpoliare.

IOannes tanquam concubinarius per ſententiam Capituli fuit privatus quibusdam
villis Tricenſibus nominatis, eamque ſententiam Officialis Virdunen. Sedis A-
poſtolicæ delegatus confirmavit. At demum cauſâ introductâ in Curiâ Auditor
1 Cameræ dictas ſententias revocavit, & juridicè revocaſſe Domini cenſuerunt. Nam
etſi concubinatus in Clerico ſatis probatur, ſi probetur illum retinere mulierem in
domo conducta, vel in domo amici *juxta L. ſi amicis. ff. de adult. & in L. lex Corne-
lia, §. domum ff. de injur. L. 2. §. 1 ff. de liber. agnoſ. & in L. qui domum, & in L. ea
ea ff. de adulte. Decian. Tract. Crim. c. 21. num. 2. par. 2. Diar. in prax. cap.* [illegible]
2 *1. verſ concubinarium inſuper, & dixit Rota in cauſa Tullen. Monaſterii Sancti Man-
ſueti. 27. Ianuarii 1597. coram bo. mem. Penia.* Quamvis inſpecto jure civili ad ef-
fectum concubinatus requiratur, ut domi retineatur, *Bart. & alii in L. concubinam,
ff. de concub. Aym. conſil. 368. num. 1. Natt. conſ. 474. num. 42. & 43. lib.* [illegible]
*in rubr. de ſponſal. num. 5. gloſſ. in verbo concubinam, in L. 1. ubi Dyn. ff. de concub. De-
cian. Diax. & Rota locis prædictis.* Attamen quatenus fuiſſet ex teſtibus, & ex con-
3 feſſione Joannis, concubinatus probatus quidquid dicendum ſit, an debuiſſet proce-
di præviâ monitione juxta terminos Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat.* pro-
batur etiam correctio per ſex, aut ſeptem annos ante hoc judicium, unde illud deli-
4 ctum erat præſcriptum, cùm delicta carnis in foro exteriori impoſitâ ſalutari pœni-
tentiâ quinquennio præſcribantur, *L. mariti §. præterea ibi: ne crimen quinquennio,
cum verſic. hoc quinquennium, ff. ad L. Iul. de Adult. L. adulter. C. eod. Clar. in §.
Adulterium verſic. unum tamen. Farinac. in prax. Crim. Tom. 1. quæſt. 10. num. 11.
Foller. in prax. in ver. fori. judicentur num. 19. Boer. deciſ. 26. num. 12. Decian. lib. 3. cap.*
5 *37. n. 6. Idem Farinac. in terminis concubinatus conſ. 80. n. 15. lib. 1.* Nec Capitulum i-
pſum poterat procedere in iſta cauſa, cùm Concilium loco citato excludat inferio-
res, & cognitionem reſervet Epiſcopo.

Non obſtant ea, quæ opponuntur contra validitatem ſententiæ Auditoris Ca-
meræ; & primò quod locum tenens criminalis non potuerit de iſtâ cauſa cognoſce-
6 re ex eo, quia civiliter fuit actum in partibus. Nam ſatis eſt, quod Signatura habuerit
cauſam pro criminali; & pronunciatio poſt lapſum fataliũ, quatenus juſtificaretur, nõ
facit, cùm fuerit commiſſa cauſa nullitatis æque principaliter, quæ durat per triginta
7 annos, ideò ſententia, tanquam notoriè injuſta etiam poſt lapſum falium potuit re-
vocari. *Rota deciſ. 151. num. 2. par. 1. in recent.* Et acceptatio ſententiæ de parti-
bus facta per Joannem, ex quo intimatâ ſententiâ reſpondit, Sit nomen Domini
benedictum, non probatur, cùm potius verba indicent, quod in tribulationibus in-
vocaverit nomen Domini. Ultimùm quod ſententia Auditoris Cameræ fuerit nul-

la, ex

la, ex quò pronunciat, Joannem fuiſſe ſpoliatum, non debuiſſet allegari, cùm ſatis appareat, quod Judex de partibus ex prædictis notoriè injuſtè proceſſerit, & 8
quod propterea ſpoliaverit. *Felin. in cap. dilectus el. primò, col 1. de reſcript. & in cap. cùm cauſa. col. 2. & ſequent. de offi. deleg. Rota deciſ. 365. num. 11. par. 1. in recent. M. Gregor. deciſ. 49. num. 2. & deciſ. 105. numer. 1. & deciſ. 198. numer. 2. & deciſ. 209. numero 2.*

Et ita concluſum utraque parte informante.

Ad part. 3. Quæſt. 1. *Additio.*

EXemptiones an poſſint revocari? Privilegia in vim contractus conceſſa eſſe irrevocabilia, ultra hic allegatos per D. Auctorem tradunt *Bart. in L. quod ſemel ff. de decret ab Ordine faciend. Roman. conſil. 436. num. 14. in fine Alex. conſil. ult. nu. 18. lib. 4. Socin. conſ. 87. n. 2. lib. 3. Gabriell. concl. 7. de jure quæſito non toll. nu. 5. Oldrad. conſ. 266. num. 7. latè Gonzalez ad regul. 8. gloſſ 9. §. 2. num. 18. & ſeqq. Caſtillo de tertiis reg. cap. 38. num. 40. & ſeqq. Rota coram Seraphino deciſ. 1271. num. 2. & deciſ. 1293. num. 2. & coram Bichio deciſ. 210. num.* 21. & 22. Atque ideò privilegia Auditoribus Rotæ conceſſa in remunerationem laborum non poſſe revocari cenſuit *Roman. ubi ſupra, & poſt eum Rebuff. ad concord. in præfat. ad rubric. de Collation. & Fagnan. in cap. ex Epiſtolæ. num* 18. & 19. *de probat.*

Ad hoc tamen ut privilegium dicatur competere ex cauſa oneroſa ita, ut verè irrevocabile fiat, requiritur ut cauſa, propter quam conceſſum fuit, æquivaleat ſeu commenſuretur privilegio, aliàs quoad exceſſum erit mera gratia, poteritque revocari, quamvis in dubio revocatum non cenſeatur. *Alexand. conſ. 7. in 1. col. lib. 7. Tiraquel. in L. ſi unquam. verb. donatione largitus numer. 335. C. de revoc. donat. Rota coram Seraphino deciſ. 518. per tot. & in recent. deciſ. 88. num. 4. part. 1.*

** **
★